

In illo témpore:

- ¹ **D**icébat Iesus ad discípulos suos:
«Homo quidam erat dives, qui habébat vílicum,
et hic diffamátus est apud illum
quasi dissipásset bona ipsíus.
- ² Et vocávit illum et ait illi:
“Quid hoc áudio de te?
Redde ratióne[m] vilicatió[n]is tuæ;
iam enim non póteris vilicáre”.
- ³ Ait autem vílicus intra se:
“Quid fáciam,
quia dóminus meus aufert a me vilicatióne[m]?
Fódere non váleo, mendicáre erubésco.
- ⁴ Scio quid fáciam,
ut, cum amótus fúero a vilicatióne,
recípiant me in domos suas”.
- ⁵ Convocátis itaque síngulis debitóribus dómini sui,
dicébat primo:
“Quantum debes dómino meo?”.
- ⁶ At ille dixit:
“Centum cados ólei”.
Dixítque illi:
“Accipe cautióne[m] tuam et sede cito,
scribe quinquagínta”.
- ⁷ Deínde álii dixit:
“Tu vero quantum debes?”.
Qui ait:
“Centum coros trítici”.
Ait illi:
“Accipe lítteras tuas et scribe octogínta”.

- ⁸ Et laudávit dóninus vílicum iniquitátis,
quia prudénter fecísset,
quia filii huius sáeculi
prudentióre filiiis lucis in generatióne sua sunt.
- ⁹ Et ego vobis dico:
Fácite vobis amícos de mammóna iniquitátis,
ut, cum defécerit, recípiant vos in æténa tabernácula.
- ¹⁰ Qui fidélis est in mínimo,
et in maióri fidélis est;
et qui in módico iníquus est,
et in maióri iníquus est.
- ¹¹ Si ergo in iníquo mammóna fidéles non fuístis,
quod verum est, quis credet vobis?
- ¹² Et si in aliéno fidéles non fuístis,
quod vestrum est, quis dabit vobis?
- ¹³ Nemo servus potest duóbus dóninis servíre:
aut enim unum ódiet et álterum díliget,
aut uni adhærébit et álterum contémnet.
Non potéstis Deo servíre et mammónæ».

Verbum Dómini.